



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 64. Franciæ Oratores Tridentum reverti recusantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„tam, suorumque amicorum opem im- Sæc. XVI.  
A.C. 1563  
 „penderet, totamque culpam in eos  
 „rejiceret, qui ausu tam temerario ipsum  
 „ad hujus remedii necessitatem com-  
 „pulissent. „

Postea seorsim Oyselio alia mandata magis ampla circa Episcoporum cauf- sam dabantur, atque hanc in rem pro- ferebantur Parisiensis Senatus edicta, necnon exemplum Maximi Valentia- rum Episcopi, ob varia crimina accu- fati, de quo tamen Bonificius I. pronun- tiavit, quod hujus caussæ cognitio ad Gallicanæ Ecclesiæ Episcopos perti- neret: verum insuperhabitibus ejusmodi rationibus summus Pontifex Navarræ Reginam anathemate percellebat, quam- vis illa hanc poenam flocci haberet: attamen postmodum Papa hanc senten- tiā revocabat, irritamque declarabat, atque judicii acta jam contra Franciæ Episcopos ob haeresin in jus vocatos inchoata ulterius prosequi prohibebat.

#### §. LXIV.

*Franciæ Oratores Tridentum redire  
renuentes.*

Interea Franciæ Oratores adhucdum Venetiis haerebant, ac insuperhabi- Pallav. c. 6.  
num. IO.  
Mem. p. 524.  
 tis aliorum sollicitationibus absque no-  
 vo Regis mandato Tridentum reverti  
 pertinaciter renuebant. Quinimo Fer-  
*Hist. Eccles. Tom. XLVI.*      *Oo*      *rerius*

Sæcl. XVI.  
A.C. 1563.

rerius hac de re ad Regem literas dedit, in quibus rationes, ob quas Tridento discesserat, adhucdum subsistere exponebat, ac mentionem de loci prærogativa Hispaniæ Oratori attributa ingens hæc addebat: „præcavendum censeo, ne Majestas vestra injuriam patiatur, haud absimilem ei, quam in nupera Sessione perpessa est, proincurrandum ne duo publici actus produci valeant, ex quibus posteri inferre possent, quod Franciæ Rex in dignitate æqualis sit Hispaniæ Regi. Postea Orator specialiter insistebat illis cautelis, quas in absolvenda Synodo necessario adhibendas existimabat; quippe, inquietabat ille, si rumor quem audivi, veritati innititur: quod scilicet absolvendi Concilii formula e Romana urbe transmissa præcipiat, ut Oratores eidem subscribant, quatenus hac ratione eorum Principes ad tuenda præfatæ Syndici decreta adstringantur, & hæres fin profitentibus bellum inferant, tunc timendum, ne ejusmodi subscriptio præter tumultus exinde in Christiana Republica orituros, plurimum augeat dissidium circa loci prærogativam, cum id fieri non possit, quin iterum quidam ordo inter Oratores observetur; non enim una omnes simul in eodem loco sua nomina apponere valent: quapropter

„pter certam reddimus Majestatem ve- Sæcal. XVI.  
 „stram, quod nostra in Synodo præ- A. C. 1563.  
 „sentia haud conduceat conservandis  
 „vestris juribus, & avitæ prærogativæ,  
 „qua vestri Prædecessores ceteris Regi-  
 „bus, ac Christiani Orbis Principibus  
 „præcedebant: hinc si vestris major,  
 „quam illis Catholici Regis Oratoribus  
 „prærogativa competit, tunc vel ce-  
 „dere cogentur, vel consentire novo  
 „præjudicio, quod in Synodi exitu  
 „ob hanc subscriptionem, quæ nun-  
 „quam deletur, magis timendum est,  
 „quam in omnibus, quæ hucusque  
 „gesta fuere: si tamen Regia sua Ma-  
 „jestas insuperhabit isisce rationibus,  
 „atque occulta ex caussa nos adesse juf-  
 „serit, perpendat, quod minus pericu-  
 „lum subfit, si novos Oratores nomi-  
 „naverit; hi enim cum majori ratione  
 „se excusare poterunt, quominus pub-  
 „licis functionibus intersint: nos vero,  
 „si iterum Tridentum reverti cogere-  
 „mur, necessario Sessionibus interesse  
 „deberemus, ac propterea omnes di-  
 „vulgarent, quod propter præcedendi  
 „studium præsentes adsimus: præ-  
 „terea, cum pro vestrae Majestatis ob-  
 „sequio Tridenti nostra præsentia om-  
 „nino nullius frugis sit, hinc rogamus,  
 „ut nos excusatos habere velit, ac con-  
 „cedere, quatenus in Franciam, a qua

Oo 2

„tanto

**Sæcul. XVI.** „tanto tempore absentes fuimus, re.  
**A.C. 1563.** „gredi possimus.

Postea Orator subiunxit: „Ad ho-  
„norem, & existimationem Regiæ Ma-  
„jestatis conductit, ut nos Tridentum  
„reverti non jubeat, nam juxta ejus  
„mandata in publicis, & privatis con-  
„gressibus semper affirmavimus, quod  
„postrema hæc Concilii indictio sub  
„Pio IV. haberetur tanquam novum  
„Concilium, prout Cæsar petebat ad-  
„versus Regem Catholicum, aliosque  
„Principes, quibus sese uniebant Hi-  
„spani, Itali, aliique Principes, imo  
„ipsem etiam Pontifex.,, Hæ ratio-  
„nes tantopere Regis animum commo-  
„vebant, ut ad Senatus sui sententiam  
„hisce Oratoribus prescribi præcipiteret,  
ne amplius Tridentum redirent.

### §. LXV.

#### *Congregatio pro perficiendis proxi- mæ Sessionis decretis.*

**Pallav. l. 23.** **E**a erat rerum conditio, cum Lotha-  
**c. 7. n. 1.** ringius Cardinalis die quinta No-  
**ff. 2.** vembris Tridentinam urbem ingredere-  
tur: cum autem usque ad tempus pro-  
ximæ Sessioni præfixum non nisi tres,  
vel quatuor dies superessent, hinc cre-  
bræ habebantur Congregationes, in  
quibus decreta, quibus ultima manus  
fuerat admota, referebantur: cum au-

tem

